



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Literæ Adriani Pontificis ad Conuentum Biburgensem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

ueri curetis: Duos etiam eiusdem Ecclesie monachos * Vdo: * Vdonem.
 videlicet & * VValth: & duos Conuersos scilicet * Euch: & * Valtherii.
 Vdal. quibus infestantibus & multipliciter perturbantibus
 predictus filius noster Conradus Abbas commissa sibi Ab-
 batiae regimen se afferit dimisissus, ab ipso monasterio re-
 moueatis, & eos in obedientiis monasterij, extra mona-
 sterium tamen, auctoritate nostra ponatis. Qui tam-
 diu compellantur in ipsis obedientiis permanere, quo usque
 à sua malitia recedentes, correcti & emendati a memorato
 Abate ad proprium monasterium reuocentur. Data Late-
 rani, XV. Kal. Maij.

Literæ Adriani Pontificis ad Conuen-
 tum Biburgensem.

Adrianus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis
 filiis monachis & Conuersis Marie de Biburch,
 salutarem & Apostolicam benedictionem.

Dilectus filius noster Conradus Abbas ve-
 ster, sicut ex relatione sua, & plurium religiosorum virorum
 attestatione cognouimus, quorundam iniquorum fratrum
 malitia & vexatione compulsus, à Monasterio vestro disces-
 si, & Apostolica sedis presentiam visitauit. Qui dum trans-
 fretare disponeret, & Ierosolymam pergere, ut ibidem in ali-
 quo loco religioso ad Dei seruicium, & ad saluandam animam
 perpetuo moraretur, nos eum à sua mentis intentione retrah-
 ximus, & ipsum ad proprium monasterium remisimus ut
 fratrum curam, sicut habentus, ita de cetero habeat, & in
 Abbatis debeat plenariè ministrare.

Eum itaque universitatibus vestrarum attentius, commendan-
 tes per Apostolica scripta vobis præcipiendo mandamus, qua-
 Ff 2 tenus

cenus eum honestè recipiatis, benignè tractetis, ipsi tanquam proprio Abbati, & animarum vestiarum Rectori debitam in omnibus subiectionem & obedientiam impendantis. In nullo quoque eidem rebellas, in nullo contumaces existere præsumatis. Quod si foris contemptissimis adimplere sententiam, quam ipse in aliquem vestrum, qui contemptor existiterit, propter hoc Canonice promulgauerit; à nobis ratam moueritis ac firmam habendam.

Duos autem monasterij vestri monachos, Vd. videlicet & Gualth. & duos conuersos, scilicet Vd. & Euch. quibus infestantibus & multipliciter perturbantibus predictus filius noster, Conradus Abbas commissa sibi Abbatia regimen se afferit dimisisse; per fratres nostros Saltzpurgensem Archiepiscopum, & Ratisbonensem Episcopum ab ipso Monasterio pracepimus amoueri, & eos tamdiu in obedientiū monasterij extra monasterium decernimus permanere, quo usque à sua malitia recedentes correcti, & emendati à memorato Abate ad proprium monasterium reuocentur. Data Laterani, XV. Kal. Maij.

Hactenus literæ in caussa Conradi Abbatis Biburgensis. Ille autem Episcopus Ratisbonensis litera H. designatus, aut est Henricus hoc nomine primus, Comes VVolfratshausen, aut successor eius Hartuicus, qui Episcopatum initit eo ipso Anno, quo Henricus excessit; nempe M C L V. Illud certum; errare Auentinum, quando Conradum Abbatem obiisse dicit, Anno M C L III. cum enim pro Conrado Abbate Roman profecto Adrianus Papa IV. ad supra dictos Episcopos, & ad Biburgensem Conuentum rescriperit, Adrianus autem

Anno demum 1155. Pontificatum adeptus sit; fieri non potest, vt Conradus, Anno, quem Auentinus notat, in fata concederit.

400 (40)

Nota-